 structa Diomedis soror suum nomen ascripsit: Quod oppidum
 Democriti physici ortu potius decoratum. Eandem Thraciam po/
 lydori sepulcro signatam nec poetae praterunt. Illic promontoriū;
 Ceraschryseon Byzantio oppido celebratū: quod a Dyrrachio. de/
 cxi. distat. Eo enim interstitio a se utraque maria recesserunt: idest
 Adrias & Propontis. Illic Hellespontus angustior per stadia septe;
 ab Europa Asiam diuidit. hic quoque dua ciuitates: Quarū; una:
 idest Sestos Europa est. Abydos Asia. Deinde promontoria con/
 traria Cherronesi: in quo terminatur Europa sinus tertius. Et
 Asiae ageum: in quo Cynosema dicitur locus hecubae sepulcro tu/
 mulatus. In confinio insula Tenedos: a qua usque in Chium dif/
 fusior sinus interiacet: Cuius dexterioꝝ antandros exiguitas insula/
 rum. denique nauigantibus caprae similitudine diuulgatur: ab eaq;

SEXTVS

Aegeum pelagus appellatur: sed in Corcyra phalaris promonto-
rio effigiem nauis icopulus imitatur: In quem Ulixis nauim uer-
sam fabulosa confinxit auctoritas. Nam Creta eētum urbibus opu-
lenta in ortum occasumque porrigitur: Cui nomen suum Hesperii
dis filia nympbarum pulchra concessit. Aut Curetum Rex Cre-
tes: a quo Creta primo: mox Curetis nuncupata. Deinde propter
cali temperiem Macones est appellata. Hac in longitudinē ten-
ditur milibus ducentis septuaginta. Latitudo quinquaginta milia
non excedit. Circuitus oīs. dlxxxviii. milibus patet montibus Idae
& Dictinao sublimibus. Euboea uero a Boetia continenti mo-
dico: atque ita exiguo mari interfuente discernitur: ut plerūq; pon-
te iungatur duobus promontoriis ad atticā; uersus Gerasto: & ad
Hellepontum Caphareo decoratur. Huius latitudo ultra secūdū
miliarium intra quadragesimum contrahitur. Longitudo toti
us Boetia: ab attica usque Thessaliam centum quinquaginta milibus
numeratur. Circūferentia uero trecentis sexaginta quique milib' ex-
plicata. Huius oppidū; Calcida ex aduerso Aulis & Caristos mar-
moreis fluctibus concolora. In Myrtois autem mari cyclades: qua-
rum notiores Delos & Antandros: Quae nomina a circulari ordina-
tione sortita. Item strophades: quarū Naxo Homeri sepulchro
uenerāda. aliaq; q̄ plures per septuaginta longitudinem: & per du-
centa latitudinem ducunt: Inter cherronesum & samothracen qua-
dam loca uasta: nunc Barbarica.

De Quarto Sinu Europa.

Quartus uero & magnus Europa sinus ab helleponto incipiēs
Meotis ostio terminat. Nam arctum mare inter Europam & Asia;
in angustias septem stadiorum interfuens coartatur: Quas angu-
stias Hellepontum dicunt. Xerxes Persidis rex aggregatis naui-
bus ponteque constructo exercitum duxit. Verum hac angustio-
ra quadam interriuatione per octuaginta sex milia distenduntur:
ac rursus diffunditur mare latissimum: Iterumq; contrahitur. s;
maris illa diffusio Propontis dicitur: secundaq; angustia Bospho-
ros appellantur: quae quingentis passibus patent. Item hac Darius
Xerxis pater copias ponte transmisit: Cuius ab hellepōto longitu-
do ducentis triginta nouem milibus inuenitur. Deinde scythicus
diffusi maris sinus: in quo Meotis ostio iungitur: lacus Cimmericus
Bosphorus id os uocatur: Is duobus milibus & quingentis passib'

latus: Inter quos Bosphoros: idest cimerium & thracium latus in-
terpatent milia quingenta. Circuitus uero totius ponti uicies se-
mel quinquaginta milibus: ut Varro non reticet: Quia dicit Eu-
ropa totius longitudinem habere sexagies ter triginta septem milia/
passusque quingentos. His Hister fluius ortus in Germania de ca-
cuminae montis ad nouem sexaginta amnes assumens: etiam Danu-
bius nocitatur. Dehinc Littus scythicum confertum multipli-
ci diuersitate Barbarica. Na illic Geta. Daci. Sarmata. Amacrobii.
Troglodita. Alani: germaniaque omnis tractus. Ab Histro ad
Oceanum bis decies centum milium passuum est in latitudine mili-
bus quadringentis usque ad armaniae solitudines. Nec procul flu-
uius. lacus. oppidum: sub uno cuncta nomine borysthenes propter
Achillis insulam eius sepulchro celebratam. Intra degunt au-
cheta: apud quos Hypanis nascitur: & Neura: apud quos borysthe-
nes: geloni: agatirsi: anthropophagi. Et a tergo eorum arimaspi.
Tunc Riphai montes & Regio caligantibus tenebris inumbrata.
Post eosdem montes trans aquilonem hiperborei: apud quos mun-
di axis continua ratione torquetur. gens moribus: prolixitate uita-
Deorum cultu aeris clementia: Semestri die sine etiam habitatio-
nis humanae praedicanda. Verum Sarmata: Seytha: Taurica tra-
ctus in longitudinem habet milia noningenta octuaginta. latitudi-
ne septingenta decem. Iam nil in Europa astimo memorandum:
Quoniam & hiperboreos sibi asia uindicauit.

Alia Dimensio Europa a Septentrione.

Si autem leuorsum post Riphaios montes redeas per Oceani Se-
ptentrionalis tractus te denique per germaniae galliarumque & hiba-
ros papales in gaditanum ostium reuocabis. Arimphaei quippe
iam in asia constituti parilem hiperboreis uitam degunt cunctis ge-
nibus uenerandi: ut ad eos uelut ad quoddam asylum confugiant
metuentes. Ultra hos Cimeri & amazones ad Caspium mare: qua
in confinio ortum est: ibi scythicum perumpit Oceanum. post pli-
xa terrarum & hyrcania reperitur. Caterum in atlanticum littus
Oceani remeantes per aquitaniam extremam: Extremaque Euro-
pa in britanniam reuertuntur: Quae insula iacet inter septentrionem

SEXTVS

& occasum longa milibus octingentis: lata trecentis. Circuitus tri-
 cies octies uiginti que milia tenet. In ultimo eius sylua Calido-
 nia: Insulaeque quae plures: Inter quas Orehades quadraginta pene iun-
 ctae. Item Eleatrides: in quibus electrum gignitur: Sed ultia om-
 nium Tile: in qua solstitiali tempore continuus dies: Brumalique
 nox perennis exigitur: Ultra quam nauigatione unius diei mare co-
 cretum est: sed infra confinis est galliae hispaniaeque: quibus: nisi ocea-
 ni Athlantici prohiberet irruptio: Africa misceretur. Nam Velo-
 nensis Bethica ciuitas triginta tribus milibus a Tingi oppido dispa-
 ratur. Quae Colonia est mauritaniae Caesariensis: huius auctor op-
 pidi Antaeus dicitur.

De Africa.

Africa uero ac Libya dicta ab Afro Libe Herculis filio: in con-
 finio est Elisos Colonia: In qua Regia Antae: iuctamenque cum Her-
 cule celebratur: & hesperidum horti: Illic aestuarium flexuosum: quae
 draconem uigilem rumor uetustatis alludit. Nec longe mons athlas
 de gremio cacumen proferens harenarum: Hunc incolae adirin uo-
 cant. Is usque in confinia lunaris circuli euectus ultra nubium po-
 restatem: qui ab occasus parte littora prospectat Oceani: nemorosus
 fontibus scatens: sed rupibus infoecundus. Quae uero africae spe-
 ctat opimae omnis: arbores praeterea gignit Cupressis similes: odore
 graues: quae lanam obducunt instar serici preciosam. Per diem si-
 let: nocte & ignibus micat & tybiis: fistula: cymbalis: tympanisque
 percrepat satyris: aegyptiisque bacchantibus. Ultra ipsam ad oc-
 casum littus per quadringenta nonaginta sex milia saltus feris lybi-
 cis occupati. Nec plurimum distant septem montes: qui paritate ca-
 cuminis fratres sunt appellati: sed elephantorum pleni sunt: ac ul-
 tra prouinciam tingitanam: cuius longitudo centum septuaginta mi-
 lium est. Item Siga oppidum est e regione Malacae urbem His-
 paniae contemplatur. In littore quoque Carcenna maiorque oppi-
 dum Caesarea. Item Iocolumaque Coloniam. Item Rusconie &
 Ruscurius: Salda est: ceteraque ciuitates: atque Igilgili: & Rusarus.
 Flumen uero ampaga abest a Caesarea. cccxxii. milibus.

De duabus Mauritaniis.

Vtriusque mauritaniae longitudo decies. xxxvii. mili. latitudo. cc-
 cclxvii. ab ampaga Numidia est nomine celebrata. Numida Nomades

LIBER

dicti: cuius in mediterraneis Colonia Cirta: & interior Sicca atque Bulla regia. In ora uero littoris Hippo regius ac Tabracha: Interioris zeugitana regio: quae proprie uocatur Africa: hēt haec tria promontoria: Apollinis aduersum Sardiniam: Mercurii respectus Siciliam: quae in altum percurrentia duos efficiunt sinus ab Hippone Diarrhytho. Deinde promontorium Apollinis. & in alio sinu Utica Catōis morte memoranda. Flumen Bagrada: ac propinqua Carthago inelytra pridem armis: nunc felicitate reuerenda. Demum Maxulla: Carpi: Misua: Clypeaq; in promontorio Mercurii. Item Curubis: Neapolis.

De Secundo Sinu Africae.

Mox alia distinctio Libyae phoenices uocant: quae Bizatiū incolunt: quae regio. ccl. milibus pass. circuit: cuius satio centesimo messis incrementum foenerat. Hic oppida Puppis. Adrumet. Leptis. Ruspa. Tapsus. Thena. Macomades. Tacape. Sabrata contigēs Syrtis minorē: ad quam Numidia & Africa ab amplaga longitudo sunt Milia. dlxxx. latitudo. cc.

De Tertio Sinu.

Tertius sinus diuiditur in geminos duarum Syrtium recessus uado fo ac reciproco mari: Sed minor Syrtis a Carthagine abest. ccc. milibus: ad maiorem uero per deserta pergitur: Quae serpentibus diuersis ac feris hitatur. Post haec Garamantes: super hos tuere Pysylli. In deflexu ciuitas Oenensis & Leptis magna. Inde Syrtis maior circuitus sexcentorum uiginti quaque milium. Tunc Cyrenaica regio: eadem est pentapolitana Ammonis oraculo memorata. quae a Cyrenis abest. ccc. milibus passuum. Urbes maximae ibi quaque Berenice: Arsinoe: Ptolomaida: Apollonia: ipsaque Cyrene. Berenice autem in extremo Syrtis cornu: Vbi hesperidum horti fluius Lethon. Lucus facer abest a Lepti trecentis septuaginta quaque milibus. Ab ea Arsinoe. xliii. & deinceps Ptolomais uiginti duobus: proculque Catabathmon & marmarides. Et in ora Syrtis Nasamones. Deinde mareotis maretonium. Inde Apis aegypti locus: a quo parethonium i. lxii. milibus. Inde Alexandria. cc. milia. Totius autem Africae a mari athlatico cum inferiore aegypto tricenis. xl. milia. Ab oceano ad Carthaginē magnā undecies milies. Ab ea ad Canopum Nili proximū ostium sexdecies milies octuaginta octo milia.

De Interiore Africa.

Interior autem Africa ad meridiem uersus interuenientibus desertis habet Leucas aethiopes: Nigritas: & ceteros monstruosae nouitatis: Post quos solitudines fugienda ad orientem uersus. Flui

SEXTVS :

us Niger eius: cuius nilus naturæ est prorsus. Inter solitudines de-
gunt Athlantes: Qui neque uilla inter se nomina habent: & soli im-
precantur: q̄ eos cum messibus semper ambarat. Hi nunq̄ somnia
re uidentur. Troglodytæ in specubus manent: uescunturq; ser-
pentibus. striduntque potius q̄ loquuntur. Garamantes uulgo
foeminis sine matrimonio sociantur. Augila inferos colunt. Gã-
phasantes nudi & imbelles externis nunquam miscuntur. Blemia
sine capite sunt: atque os & oculos in pectore gerunt. Satyri hoĩũ
nihil hēat: nisi faciē. Aegyptanes quales pingunt existūt. Himato
podes debilitate pedũ serpūt poti' q̄ icedūt. Pharusi comites Her-
culis fuer. p' hos finis ē africa. De Aegypto: quæ ē asia caput.

Aegyptus dehinc: hoc est Asia caput: Quæ una ab ostio Cano-
pi ad ostium Ponti habet uicies sexies. cxxxviii. milia passuum.

Ab ore autem Ponti ad os Meotis sedecies cēna septuaginta qu-
que milia passuum. Verum aegyptus introrsum ad meridiem ten-
dit: donec a tergo æthiopes obuersentur. cuius inferiorē situm Nil'⁹
dextra leuaque diuisus amplecti: ut aegyptum Nil'⁹ possis insulam
uocitare. Nam ab ambitu circumfluentis amnis etiam Delta litteræ
figuram credit detinere: Sed a principio fissuræ ipsius fluuiialis ad
canopicum ostium milia centum quadraginta sex. Summa autem
eius pars contermina æthiopiæ oppidorum multas præfecturas ha-
bet: quas Nomos uocant: Inter quas Menela item alexandriæ regio-
nem. Itē Lyhia Mareotim. Heracleopolis autem insula Nili est: In
qua oppida Hercules arsinota & memphita: quæ ad summum Del-
ta perueniunt. Nilus autem ipse incertis ortus fontib' creditur: Cũ
Iuba rex eũ a monte inferioris Mauritiæ de lacu Hilde oriri signi-
ficet: q̄ animalibus hisdē & argumētis foeturæ parilis approbatur.
In omni autē Delta Nili oppida. ccl. fuisse Artemidorus attestat.

In littore aegyptii maris præstantior urbium Alexandria consti-
tuta ab Alexandro magno: condita a canopico ostio in duodeci mi-
libus passuum iuxta Mareotim lacum: qui cōplures insulas habet:
traiectusque quadringētos: cuius tā longitudo q̄ etiā latitudo cen-
tena quinquagena milia passuū tenent. Vnde ultra pelusiacū ostiū
arabia ē ad rubrum pertingens mare: quod Erithraum ab Erithra
rege Persæ & andromedæ filio uocitatum: a colore etiā dictū rubræ.
Nam fons est in littore: quē cu; greges biberint: in rubrū colorem
incipiunt mutare lanas: Huius maris oppidum Arsinoc.

LIBER

De Arabia & Syria.

Verum Arabia tenditur usq; ad odoriferam ac diuitem terraz; Sed iuxta est Syria multis distincta noibus. Na & Palestina e: qua conringit arabiam. & Iudæa & phoenicia: & q̄tum interior habetur Damaicene. In Meridiem uergens Babylonia. Ex eadem Mesopotamia inter Eufraten & Tygrin: Qua uero transit Taurum montem Sophene: Citra uero etiam Comagene. Et ultra Armaniam Adiabene Assyria añ deã: & ubi Cilicia attingit Antiochia. Lēgitudoe ei' inter Ciliciã & Arabiã quadringentoz; septuaginta Mi. passuū. Latitudo autem a Seleucia ad oppidum Euftratis Zeuma. dxxv. Mi. passuū. Ostracina Arabia finitur a pelusio sexaginta sex milibus passuum. Apollonia Palestina per centum octuaginta octo milia passuum procedens supra Idumæam & samariam in Iudæa longe lateque funditur. Pars eius syriæ iuncta galilæa uocatur. A ceteris eius partibus Iordane amne discreta: Qui fluuius oritur de fonte paneade. Secunda elatio Iudæa ab Hierosoly mis: In quo latere est fons Callirhoe: ab occidente Hefseni: Qui sine concubitu & cunctis cupiditatibus uiuunt. Hinc aliquanto interius Masada castellum: In quo Iudæa finis est: iungitur Decapolis dicta a numero ciuitatum. Redeuntibus ad oram phoenicia: Colonia Ptolemæia: a tergo Libanus & Antilibanus montes: & interiacentibus campis Bargilus item mons sedet. Item syria desinente inter oppida phoenicia Antiochia: qua Oronte amne diuiditur. super eam mons nomine Casius: cuius altitudo quarta uigilia solem per tenebras uidet.

De Eufrate magno fluuio.

IN Syria fluuius Eufrates nascitur a monte qui uocatur Capotes: ibi quoq; Marsyas ali' amnis inter Syriã & Parthiã oppidū palмира: Moxque Eufrates fluuius: Cuius decem dierum nauigatione in ipsam seleuciam parthorum urbem maximam peruenitur. Sed scissus Eufrates leuorsum in Mesopotamiam uadit: & Tygridi infunditur. Dextro autem meatu Babiloniam petit: qua Caldæa caput est. Sz redeundum ad oram syriæ: cui confinis est Cilicia: in qua oppidum Veneris & Cypros insula: fluuiusq; paradisus: Ciliciã paphilia sociat: cui' ultima phaelis: dehincq; Lycaonia

SEXTVS

in asiaticam iurisdictione; uersa: Quae ab illa parte: qua Galatia cōtermina est: habet ciuitates quatuordecim: Verum Pamphilia iuncta Lyciata qua incipit mons Taurus pene mediatenus orbis conficius: quem peragraret: nisi maria restitissent. Quae aliquando flexuosus euadit: & in riphæorum montium iuga sub noium diuersitate ptenditur. Nam inter cetera noia ide; Nypetes est. caucasus & sarpedon portarum et nōmie censent: & alibi armania. alibi caspia & idem hyrcanius: coraxicus: scythicus: ceraunius appellatur. Lycia alius mons chimara noctibus flagrans: hac habuit oppida. lxx. nunc. xxxvi. sunt. Telmesus oppidum dī: quo finitur hinc asiaticum siue Carpatiu; mare: & quae proprie uocatur Asia: cui ab oriente phrygia & lycania. a septentrione paphlagonia est. Huius longitudo. cccclxx. Mi. passuum. latitudo. ccc. Armania altera ab oriente a septentrione pōtica. In proximo Caria est. Mox Ionia. ultra eaz; Aeolis: Media Doride. In phrygia celene antea in apamaam cōmutata. Illic Marfyas & natus: & occidit: & flauio nomen dedit: & euz; Apolline decertauit. Denique pars eius Aulo crene: uude Meader amnis exoritur.

De Phrygia prouincia.

Phrygia Troadi imminet: ab Aquilone Galacia est: A Meridie Lycania & Pysidia Mygdonia cōfinis ē. Ab oriente Lycia. A Septentrione Misia Caria. Dehinc Tmolus loco florens: Amnisque Pactolus Ioniae Miletos caput: Ibi etiam Colophon Oraculo Clarii Apollinis celebrata. Meonia principium Sipylus Smyrna etiam Homero notissima: Quae circumfluit meles fluuius. Naz Smyrneos campos Hermus intersecat: Qui ortus Dorilao Phrygiam Cariamque dispartit. Iuxta Ilium sepulchrum Memnonis iacet. Supra Troadem in mediterraneo Teutrania est: Quae Regio mysonum fuit. Ciuitas uero Teutrania Caico flumine alluitur. Ibi inter omnes Asiae ciuitates Pergamum clarissimum. Nam Bithynia iūtiū Pōti ē: & ab ortu Thraciae aduersa a Sagari flūie prios hīratorum h; q; fluui' alii fluuio Gallo miscet: a quo galli dicunt ministri matris deum. Hae & bebricia & mygdonia dicta ē. a Bithynio rege Bithynia. In ea ciuitas prusias: Quam Hylas inundat Lacus:

LIBER

Quo puer eiusdem nois dicitur interceptus: Ibi Libyssa loc^o Nico media proximus. In eo sepulchrum hannibalis memorat. Dehinc Ponti ora fauces Bosphori. Et amne Rhesum: Sagarique sinus Mariandini: In quo Heraclea ciuitas portus Acone: Vbi herba ueneni aconitum pcreat. Specus Acherusia: qui mergit in profunda telluris. Inde Paphlagoia: ubi a tergo Galatia e: Sed hic Henetosa etiam ciuitas: a cuius ciuibus in Italia ortos uenetos afferunt: Ibi promontorium Carambis: quod a ponti ostio abest milibus passuum .ccxx. tantumde a Cimmerico: ibi etiam mons Cytorus & ciuitas Eupatoria: quam Mitridates fecerat: sed eo uicto Pompeiopolis appellata.

De Cappadocia.

Cappadocia autem intro uersus recedit: qua leuorsum ambas Armanias Comagenemque trascurrit. Dextorsum plurimes Asiae populos ambiens ad iuga tauri succrescit in ortu: praterit Lycaoniam Pisydiam. Ciliciam super tractum Syriae means: Antiochia partem Scythiam pertendens ab Armenia maiore diuiditur Eufrate flumine: qua Armenia inchoat a montibus pariedris. In Cappadocia multa urbes eximia: Inter quas Melita: quam Semitamis condidit: & Mazaca: quam dicunt urbium matrem: Cui Argaeus mons iminet: qui niues uerticis albicantis ne aestiuis quidem solibus superfundit. In hac Cappadocia longitudo Asia undecies cetena quadraginta milia.

De Assyria.

Assyrii Adiabene incipiunt: quos excipit Media in prospectu Caspii maris: qua Caucaseis montibus cingitur: sed Caucasus portas habet: quas Caspiae dicunt: cautium praecisiones etiam ferreis trabibus obseratas ad extetnorum transitum cohibendum: Quauis uerno etiam serpentibus occludantur: a quibus ad pontum ducenta milia passuum esse non dubium est. In Ponto autem sunt Insulae Symplegades. Mox regio Martiana sola in eo tractu uitifera inclusa montibus stadiorum mille quingentorum. Difficilis aditu propter solitudines arenosas: qua sunt per cetum uiginti milia passuum. Regionis praedictae amoenitatem Alexander magnus delegerat. Et ibi primo nois sui condidit ciuitate: qua excisa e. Et ab Antiocho Seleuei filio reparata: cum noie pris eiusdem: cuius circuitus huius stadia. lxxv. Inde Oaxus amnis: qui circa Baetra eius oppidum nois fluuiusque ultra Parda oppidum sogdianorum: ubi Alexander tertiam Alexan-

SEXTVS

Artem cōdidit: ad contextū adam itineris prolixitatem. Quippe emēsi a Libero: dehinc ab Hercule aras sunt constituta in testimonium laboris inuēsi: Illam terrarū partem Iaxartes fluvius secat: q̄ Tanais putabatur: Quē Demodamas dux transcendit: Aliumq; esse perdocuit: Et ultra Dydimæo Apollini aras extruxit.

De Perside.

Hic persicus limes Scythiis iungit: Sed scythico Oceano & Caspio mari: qua in oceanū Eoum cursus ē profunda in exordio niues. Dehincq; longa desertio. Postq̄ anthropophagi excursus inuios reddidere: post quos Seres: q̄ undis aspergunt arbores suas: ut lanugo: qua sericum creat: possit admitti: hi aliarū gētū hoies aspernantur. Et appositionem mercū sine colloquio gaudēt implere contractum. Hinc Attacorus sinus hyperboreis beatitate consimilis: quo incolæ gratulant̄: q̄ circuitu uallium auras nesciunt pestilentes.

De India.

Dehinc India. Nam ciconas in medio etror astruxit: S; a mediis montibus inchoat India. Nam in eō mare a meridiano porrecta salubris Fauonii uegetabilibus stabris. Secunda æstate annis singulis uegetat̄: bisq; frugē metit. Pro hyeme Ethesias perfert: Quinque milia habuit oppidorū: & mundi pars tertia credebatur. Liber primus ingressus Indiam triumphauit: In ea maximi fluminum: Indus: & Gages: S; ab scythicis mōtib' gages uēit: Et hypanis ibi annis immodicus: q̄ Alexandri magni iter ineludit: Sicut in eius ripa locata testantur aras. Latitudo gangis ubi diffusior. xx. Mi. passuum: Vbi angustis octo profundus pedibus cētum milia: ibi reges: gentiumque diuersitas: tam exercitibus q̄ elephantis copiosa. Ultra Palibotram urbe; mons Maleus: in quo hyeme in septentriones umbra: In austrum æstate cadunt. Senis alternata mensibus. In eo loco per annum quindecim diebus tantum septentriones apparent. homines fusciores: Nam Pygmaei montibus habitant: & qui confines Oceano sine regibus degunt. Pandeam gentem foemina tenent: Cui prior Regina Hercules filia. In eo tractu etiā Nysam urbem esse Libero patri sacrā: montēq; Merū Ioui. Vñ fabula ē: eū Iouis semine p̄creatū ibi ēt insulas duas auri argētiq; metallis ac fœtura pradicadas ēt uocabulis app̄bat̄: nā una Chrysera: argyrea alia nūcupat̄. Oēs Indicomarū fūco decorant. Alii caruleis: alii crocinis fulgoribus tincti:

LIBER

gemmis comuni. Funeratōes negligunt. Elephantisq; uehi eximiū putāt. Sed in Taprobāe īsula maiores elephati q̄ Indici. Ampliores enim Margaritā sunt: quā p̄ in longitudine stadios septē milibus in latitudine q̄nq; milibus. Scindit fluuio iterfluēte: atq; India praetenta ē: In quam septē dieꝝ iter: ut Romāis nauibus approbatum. Illic & illud mare absq; canalibus profundis senum passuū altitudine deprimis: Ibi septētriones nō apparēt: Vergilia nunq̄. Luna ab octaua in. xvi. tantū supra terras uident. Ibi sydus clarissimum Canopus. Sol ortiuus ī leua conspicit. In nauigando nullū sydus obseruant: auium: quas uehunt: uolatus sequunt: quaternis per ānos mensibus nauigant. Hoies ibi corpore grādiore ultra hoium mensuram: rutilis comis: caruleis oculis: trucioris soni. Nullo linguae comercio gēti alteri sociant. Cū negociatoribus aliis ī ripa flumīs merces apponunt: ac uix complacitas mutarēt. Aetas illis ultra humanam fragilitatē prolixa: ut imature pereat: q̄ centenarius morit. Nulli per diē somn⁹: annona eodeꝝ semper tenore. Aedificia humilia paruaq; Vitē nesciunt. Redundant pomis. Herculē colunt. Regem eum q̄ mitior: grauior: ac sine ple fuerit: eligunt. Et si in regno plem suscepit: remouent: hāreditarium formidates imperiū. Cū quo tamē alii. xxx. cognoscunt. Et si fuerit puocatu. lxx. iudices fiunt. Rex Liberi patris cultu componit. Et si peccauerit iterdcō oī usu & colloqo iugulat. Culturas & uēatus amat. Vesꝝ Tygriduz aut elephantorum piscatōibus delectant: praeferti testudinū: quazꝝ superficie domos familiariazꝝ capaces operiunt. Dehīc hitant Ichthiophagi: quos Alexāder uesci piscib⁹ uetuit. nec lōge īsula solis: quā dē: & nymphazꝝ cubile rubēs: In qua oē aīal ui feruoris absomit. Mox hytanis Carmaniae fluuus: a quo primū aspici Septētriones incipiunt. Deinde tres Insulae: in qbus hydri marini uigenū sūt cubitoꝝ. In his rubrū mare littoribus sinu gemio disparat. Verū orticus persicus dē ppter hitationē persazꝝ: q̄ sin⁹ uicies & lxx. Mi. circuitu patet. Ex aduerso alter arabicus uocat. Carmania quoq; persis adiungit: quā ab Insula Aphrodisia inchoat: quā traslata est in parthicū nomē. Littore quoq; occasui obiacet: militum est q̄ngētorū q̄nquaginta. Oppidū ibi nobile Susa: In quo tēplum Dianae Susae iuxta Carbile: siue Babytace in. cxxx. milib⁹: In qua sunt homines: q̄ aurū in profunda defodiunt: ne cui sit in usu. Parthici uero regni. dccccliiii. Mi. passuū. Vesꝝ oīs media Parthia & Persida

SEXTVS

ab oriente flumine Indo: ab occidēte Tygri: a septētriōe Tauro Cau-
caſo: a meridie rubro mari terminant: quæ oēs per latitudineꝝ patēt
terdecies. xx. Mi. paſſuum: per latitudinem. dcccxxx.

De Babylonia.

Sed Caldææ gentis Babylonia caput eſt. Denique Aſſyria & Me-
ſopotamia propter illius claritatē Babylonia uocatur. Vrbs ipſa
lx. Mi. paſſuum muris amplectit: qui. cc. paſſibus alti: Quinquage-
nis lati ſunt: niſi q̄ amplius. Nam terni digiti ſingulis menſuræ nræ
pedibus applicant. Hæc interluit Eufrate: Ibi Iouis Beli templum:
q̄ inuentor fuit diſciplinæ ſyderalis. Hæc nunc ad ſolitudineꝝ rediit
exhauſtæ Seleucia. Itē in hunc uſum ē Theſiphonteꝝ tertio ab ea
lapide condidere. Parthia nunc caput regnorum ē: hñtantur ēt abdi-
ta athiopia: & aduſta Trogloditarum: & Ichthiophagorum genti-
bus: Sed primi feras curſu praterunt. Alteri nando marinas bel-
luas uincunt. Sunt & Gorgones inſulæ obuerſæ promōtorio: quod
uocatur Heſperionceras: Has incoluiſſe Gorgonas ferunt: In quas
a continēti biduo nauigat. Ultra has Heſperidum inſulæ: quæ i in-
timo admodum mari ſunt. Fortunatas autē inſulas in leua Mauri-
taniæ conſtitutas inter meridiem: occaſumq; non dubium eſt: Qua-
rum prima Ombriona dī. Secunda Iunonia. Tertia Theode. Quar-
ta Capraria. alia Niuaria: quæ aere nebuloso & concreto eſt. Mox
Canaria canibus imenſæ magnitudinis plena: omnes auibus plena:
nemoroſæ: palmiſeræ: nuce pinea: mellis copia: amnibus: ac ſyluris
piſcibus abundantes.

Item Breuis repetitio.

Percuſſus breuiter terrarum ſitus: Iſignobilia quæq; præter
uolans imorari non potuerim. Tamen ut orbē terræ: mariaq; admē-
ſa cognoſcar: menſuram oēm breuiter intimabo. Agaditano fra-
to per longitudinem directo curſu ad os Meotiſtriciel & ter. xxvii.
Mi. d. paſſuum. Vniuerſus autem circuitus ab eodem exordio per
ſinus dictos intra Mæotin lacum. elvii. Cuꝝ ipſa uero mæotide cen-
ties oēties bis. xc. Europæ ſolius menſuræ oētogies bis. xciiii. Afri-
cæ longitudo tricies ſepties. xciiii. Latitudo in cyrenaicam eius par-
tem. dcccc. & .x. Aſiæ uero lōgitudo ſexagies ter. dcl. Latitudo ab
athiopico mari ad Alexandriam iuxta Nilum ſitam per Moeroem
& Syenē decies oēties. xxv. Expoſita eſt terræ: quæ ipſa peragraui:
æquorūq; mēſura. Nūc ad artis præcepta: ut iuſſum ē: ueniamus.

LIBER'

Dixerat: at Paphia paulo contractior ore
 Mora intricante luditur.
 Nixaque mox famulis marcentia terga reclinat:
 Magis quod lassā pulchrior:
 Hic dudum roscas inter resoluta puellas
 Voluptas inquit anxia.
 Vnde hac tam duris immitis rustica membris
 Peregit orbis circulum:
 Et tantos montes: fluuios: frata: compita currens
 Delere uenit tadia.
 Hanc ego crediderim sentis spinefcere membris.
 Neque hirta crura uellere.
 Nanque ita puluerea est agresti & robore fortis
 Iure ut putetur mascula.

Quo dicto Iocus ministris Veneris suscitatur: ipsique Cythereae
 Cui de pximo susurratim decēter arrisit: Quā Archas nutu hyla-
 ro: Et quo eā solit' intueri ppter diuū reprehēsiōes circūspectus in-
 hibuit. Vex pronuba ppter affidēs. Nihil misz: inqt: Si propere Ve-
 nus cū deliciis famulatioq; tā comi appulsa ē lasciuire. nā & nuptia
 liter lata ē: & blāda semper arridēte Cyllēio. Et cū dcō Geometria
 p̄cipitur ad promissa pperat. Sed ita: ut summa quaq; perstrigēs
 fastidium non suscitaret tarditate. Tunc illa.

Omnis mea: quæ in infinitū peragrat assertio: nūeris lineisq; dif-
 cernit: quæ nunc coporea: tū incorporea cōprobant. nā unū ē: qd'
 ai sola cōtēplatiōe cōspicim'. Aliud: quod ēt oculis intuemur. Ve-
 rum prior pars: quæ nūerorū regulis: rōnibusq; concipit: Germanæ
 meæ Arithmetica deputat. Alia ē licaris: atq; optica hui' pulueris
 erudita cognitio: quæ quidē ab incorporeis pcreata: ac sensim ī mul-
 tiplicē formas effigiata: tenui ac uix intellectuali principio ī cælum
 quoq; subuehit. Quod quidē incorporeū: inuisibileq; ptimordiū
 cōe mihi cū Arithmetica reperit. Nā Monas eiusdē insecabilis pro-
 creatio nūerorū ē: mihiq; signū uocat. Quod utpote incōprehēsi-
 le parte nulla discernit. Apud illā Dyas lineā facit: mihi linea in lō-
 gitudinē ducta latitudini nil prorsus acqrit. Superficies itē mi-
 hi tā lōge lateq; diffusa sine pfunditate cēset. Illi nūer': q cūctis ac-
 cederē spēbus gregatim: sigillatimq; p̄t: nisi rebus accidat: incorpo-

SEXTVS

reus inuenit. Ergo incorporea utriusque principia.

De planis figuris.

Ves primæ apud me formadōꝝ schematū partes duæ. Vna quæ dicitur Planaris: quæ ἐπίπεδον græce soleo mēorare. Alia Solida: quæ στερεόν dicimus. Et prioris principium ē σημεῖον: quod punctus uel signū latialiter appellat. Cōsequētis superficies: quæ ἐπιφάνεια dicitur. Punctū uero ē: cuius pars nihil ē: Quæ si duo fuerint: linea interiacente iunguntur.

De Lineis.

Linea uero ē: quam γραμμὴν uocamus sine latitudine longitudo. Linearū alia directæ sunt: quas εὐθείας dico. Alia in gyꝛū reflexæ: quas κυκλικὰς. Nō nullas et ἐλικοειδῆς. Alias καμπύλας pro obliq̄tate discrimino. Quæ tamen lineæ punctis utrinq; secus includunt: Sicuti ipsæ quoq; superficiē circūcingunt. Superficies ē: quæ lōgitudinē & latitudinē tantū hēt: profunditate deierit: ut est color in corpore. Hanc ἐπιφάνειαν Græci dixerunt: & ut dixi eius termini sunt lineæ siue planæ: siue sinuosa.

De Plano Angulo.

Planus autē angulus fit in plāicie duabus lineis se inuicē tāgētibus: & nō unā faciētibus ad alterutrū inclinationē. Quando autē æque intra se tenēt angulū lineæ: & directæ fuerint: directilineus dicitur angulus: ut græcæ εὐθύγραμμος. Quādo autē directæ super directā iacentes; stans dextra leuaq; angulos æquales fecerit: directus uterq; ē angulus: Et illa superstitas perpēdicularis dicitur: Sed græcæ κἀθετος. Angulus maior directo obtusus dicitur. Minor directo acutus. Diffinitio ē res: quæ alicuius ē terminus. Forma ē res: quæ ex aliquo: uel aliquibus terminis cōtinetur. Circulus est planaris figura: quæ una lineā cōtinet. Hac lineā περὲπιφάνεια appellatur: ad quā ex una nota intra circulum posita omnes directæ ductæ lineæ æquales sunt. Punctum autem est circuli mediā nota.

De Diametro.

Diametros ē directā lineā quādā per punctū supradictū ductā: quæ orbē æqualibus partibus diuidit.

De Hemicyclo.

Hemicycliū ē figura: quæ diametro & Perēpiphania mediā: quā eadē diametros distinguit: cōtinet. Lineæ tres directæ diuersa positione faciūt trigonū. Quatuor tetragonū. Multa polygonum. Et hæ planæ figuræ dicuntur: Quarū sunt genera tria: Quorū unum directis lineis claudit: quod græci εὐθύγραμμον uocāt. Aliud: quod

LIBER

inflexis: quod καμπύγραμμον dicunt. Tertium: quod directis simul curuisque lineis aptat: quod μικτόν dicunt. ἐυθύγραμμος ἰγὴ & τρίπλευρος & τετράπλευρος & πολύπλευρος δὲ. τρίπλευρος tres h3 formas. Nā trigonus ē: aut ἰσόπλευρος. qđ latine aq̄laterum dicitur: qđ tribus paribus lineis: lateribusque concurrat. Aut ἰσοκέλης: qđ ex tribus lineis duas aequales hēt: qbus quasi cruribus insistit: Denique aequicrurium uocatur: aut σκαλῶν. q̄ oēs tres lineas inter se inaequales habēt. ἐυθύγραμμος. Itē τετράπλευρος qnq; species hēt: Primā: quae quatuor aequalibus lineis & directis angulis subsistat: quod schema tetragonū dī. Secunda spēs: quae Directi angula est: non aq̄latera. & dicitur ἑτερόμηκες. Tertia aq̄latera est: non tamē directi angula. & dī ῥομβος. Itē quae ex aduerso sibi latere aequalia & contrarios angulos inuicē sibi aequales habeat & neq; oīa latera inuicē sibi aequalia: neq; angulos directos. & dicitur ῥομβοειδής. Itē quae nec latera sibi inuicē aequalia: nec angulos directos: s; acutos & obtusos. & dī ἀμφίπλευρος. Extra has foras quicquid quadrilaterum ē: τραπεζίον uocatur. Parallela sunt directae lineae: quae in eadē planicie collituae: atque productae in infinitū nulla parte in se incidūt. Dictū de tetrapleuris: Quorū similitudo polypleura schemata pōt dicere. In his autē pentagona: exagona & cetera eutigrammi generis continentur.

De Genere Schematis Secundo.

Sequitur secundū Schematū genus: quod curuis lineis informat: Quod καμπύγραμμον appellatur: Cuius spēs duae sunt: Una quae integri circuli rōnes tenet. Nā integer ē: cum ad eius circumferentiam ab uno centrali linea protenta undique aequales sibi sunt. Alia: quae obducti circuli diuersitates ostendit. Tertium genus ē planorū Schematū: quod μικτόν uocant: quod partim curuis lineis: partim directis includitur: ut est semicirculus: cuius: ut supra dixi: gyrum curua linea facit. Et alia directae: quae linea: sicut dixi: διαμετρος dicitur: latie determinata: quae si in circulo pleno sit: per centrum eius ad utranque circumferentiam peruenit.

De Ergasticis Schematibus.

In his generibus planorū alia Schemata dicunt Ergastica. Alia Apodictica. Ergastica sunt: quae faciēda cuiuslibet formae praecpta continent. Apodictica: quae probandi: quod asseuerant: afferūt documenta. Verū; graecis nominibus sic appellant. prim⁹ ὑποθετικὸς.

SEXTVS

Secūlus ἰθμειατικός. Tertius ἀνάγραφος. Quartus ἔγκραφος.
 Quintus περίγραφος. Sextus παρεμβολικός. Septim^o προσευρη-
 τικός. ὑπὸ τῶν ἰθμειατικῶν ἔστι: q̄ docet q̄bus argumētis lineas præcidam^{us} ad im-
 peratū modū. ἰθμειατικός δὲ: quo docetur: q̄bus argumētis pro-
 posita lineæ adiungi & ascribi possint. ἀνάγραφος δὲ: quo docet:
 quo mō concludendū sit reliquum Schema: quod imperatum est.
 ἔγκραφος ἔστι: q̄ monstrat: quibus argumētis dato circulo uerbi gr̄a
 Imperatum trigonum: uel quid aliud ī medio possimus cōueniēter
 ascribere. περίγραφος tropus ἔστι: q̄ docet quēadmodū datū circulus
 uerbi gr̄a quadrato concludamus schemate. παρεμβολικός ἔστι: q̄
 docet quēadmodū uerbi gr̄a Dato tetragono imittamus datū tri-
 gonum: ut tetragoni spacia crescat: nō schema mutetur. προσευρη-
 τικός tropus ἔστι: qui docet: quēadmodū uerbi gr̄a inter datas impa-
 res lineas inueniamus mediā: quæ tantū cedat maiori lineæ: quā
 cedit minorē. Hi sunt tropi generales Ergasticorū schematū. Apo-
 dictici autē tropi ideo transeunt: cū mibi eū; Dialectica: quam au-
 distis: cōe sint. S; oīa schemata quinque partibus cōes intexunt:
 quæ a græcis sic appellant. Prima πρόθεσις. Secūda διόρισμος. Tertia
 κατασκευή. Quarta ἀπόδειξις. Quinta συμπέρασμα. Latine autē sic
 possum^{us} interpretari. Prima schematis p̄positū. Secūda determina-
 tio q̄ōnis. Tertia dispositio argumētōrū. Quarta demonstratio: com-
 probatioq; sentētiæ. Postreā cōclusio. Hęc de generibus planorū
 dictū sit. Ad theorematū mēbra redeamus. Nam utiq; mēbra sunt
 Linea & Angulus. Angulorū natura triplex ἔστι. Nam aut iustus
 ἔστι: aut angustus: aut latus. Iustus ἔστι: qui directus & semper idē. An-
 gustus autē acutus ἔστι: & semper mobilis. Latus uero obtusus: mobi-
 lisq; similiter. Nam cū lator fuerit directo siue multū: siue exiguū
 obtususta mē erit: Et cū moueris: in eadē forma permanebit. Quæ
 mobilitas ī lineis cōstat: Cū maiores mīores ue formant. Huius au-
 tē collatiōis quatuor sunt spēs. Prima δὲ ἰσότης. Secūda ὁμολο-
 γός. Tertia ἀνάλογος. Quarta ἄλογος. ἰσότης ἔστι: cū collata cō-
 ferūt. ὁμολογός: cū duæ lineæ pares uni mediæ: duplo: pariliue cō-
 ferūtur. ἀνάλογος: cū lineæ ab alia duplo uicta: aliā tantū dē supe-
 rat. ἄλογος uero ἔστι: quæ neq; aequalitatē: uel mediā: tertiaue parte:
 neq; duplo: triploue alteri ulla ue parte cōsentit: Oīs autē lineæ: aut
 ῥητὴ δὲ: aut ἄλογος. ῥητὴ autē illa ἔστι: quæ prior p̄pōit: aut quæ p̄-
 posita lineæ cōi mēsurā cōferf. ῥητόν autē δὲ quicq; cōuēit. Pro

proposita autem linea: quæ collata non sit: tamē quia adhuc nō ē ἄλο-
γος collata. & hēt quiddam: quod ex se sola perficiat rationabiliter
appellatur ῥητὴ. ἄλογος autē iam collata linea efficit: Si dissona-
re per oia reperit. Licet autē: quæ sibi cōsentiūt: συμμέτρους dicim⁹:
quæ nō cōsentiunt ἄσυμμέτρους: & nō mensura sola: sed & potētia
συμμέτρους facit. Et dicunt δυνάμει συμμετροί. In mēsurā autē
pares μέτρα συμμετροί appellant. Ergo cum tā mēsurā q̄ potētia
conferantur: oēs quæ uel potētia uel mensura discrepant: ἄσυμμε-
τροί sūt. Ex his Ἄλογα. xiii. sūt: Quarū prima δὲ μέση ἄλογος.
Secūda ἐκ δύο μέσων ἄλογος. Huius species sunt sex: Quarū
prima dicit̄ πρώτη ἄλογος. Secūda similiter δευτέρα. Itē τρίτη
& cetera deinceps. Item tertium genus dicitur ἐκ δύο μέσων
πρώτη ἄλογος. & similiter ut supra.

Quartum ἐκ δύο μέσων δευτέρα ἄλογος.

Quintum genus dicitur μικτή ἄλογος.

Sextum ἐκ δύο μέσων δυναμένη ἄλογος.

Septimum δὲ δύο μέσων δυναμένη ἄλογος.

Octauum ἀποτόμη ἄλογος. Huius species sunt sex.

Prima. Secunda. Tertia. Et deinceps dicuntur: ut supra.

Nona μέση ἀποτόμη πρώτη ἄλογος.

Decima ἀποτόμη δευτέρα ἄλογος.

Vndecima ἐκ μέσων ἄλογος.

Duodecima μετὰ ῥητοῦ μέσων τόλον ποιούσα ἄλογος.

Tertiadecima μετὰ ἑσόν τόλον ποιούσα ἄλογος.

Hæ omnes mixtæ ceteris lineis: dum aut trahunt suas: aut aliēas
uires accipiunt diuersis rationibus certos spaciōrum modos: Quos
Græci χώρας appellant. demonstrant.

De Solidis Figuris:

Hæc de planis dixisse sufficiat: Nunc de solidis: quæ τερεὰ δι-
ciaus: uideamus. τερεὸν schema lōgitudine: latitudine: altitudi-
ne cōstat: cuius extremum superficies est: ut in planis linea. Subsistit
autem solidum schema planorum schematum superficiei. Nā sub-
iacenti trigono pyramis imponitur: circulo conus: aut chelindros:
quadrocubos: & cetera similiter.

SEXTVS

Sphaera sine intrinsecis capax omnium; circulis substitit: In quos
resoluitur. Soliditas uero efficit schemata generalia: quae dicuntur
a graecis pyramides. Item prismata: id est sectio: quae instar schematis est.
Item cubus. Item conus. Item cylindrus. Item sphaera. His addun-
tur nobilia schemata ex his composita. Cœdros: Item Duodece-
dros. Item Icoedros: Quae cuncta cum ordine suo monstramus
In puluere. haec primitus concedenda. Fas sit ab omni signo ad oem
signum directam lineam ducere & terminatam: directam per conti-
nuam indirectam emittere. & omni centro & interstitio circulum scri-
bere: Et omnes directos angulos inuicem aequales sibi esse: Et oem
directam lineam terminatam quum uideatur producere: Et si in du-
as directas lineas directa linea incidens intus: & eadem parte duos an-
gulos duabus rectis minores faciat: ex illa parte: qua sunt minores:
duabus directis directas lineas conuenire. Cœs animi conceptio-
nes sunt tres: quae eidem aequalia sunt: & inuicem sibi aequalia sunt.
si aequalibus aequalia addas: tota aequalia esse. Et si aequalibus aqua-
lia adimas: aequalia sunt reliqua.

Hac cum permissa conspiceret: lineam in Abaco rectam ducens:
sic ait. Quemadmodum potest super datam directam terminatam; li-
neam Trigonum aequilaterum constitui. Quo dato complures
philosophi: qui undique secum constipato agmine consistebant.
Primum Euclidis Theorema formam eam uelle cognosceret: Con-
festim acclamare Euclidi: plaudereque coeperunt. Cuius laudibus
etiam ipsa Geometria plurimum gratulata se perfectatis gloria sub-
limari prouehique cognoscens ab eodem libros eius: Quos casu ap-
portari conspexerat: festina corripuit. Atque in cetera astructionis
doctrina documentum: Ioui ac Senatui calitum offerens intimauit.
Quo facto & doctissima cunctarum & benignissima comprobatur.

Explicit Liber Sextus.